

erat predemptionem conuenerunt
alii primores. et ibi falso iudicatus est
morti. Et de isto iudicatus ductus est
in pretorium. Ob hoc non debet ha
bere in euangelio iohannis. adducunt
ihm ad caiphan. p. d. sed a caipha. ut
sit ablatiua prepositio. & ablatiuus
casus caipha. quia si ministri noluerunt
introire in pretorium. quanto magis
caiphas. qui princeps sacerdotum erat.
Qui putabant se contaminari inter
paganos. quia habebant iam ipsos
vii dies azimos. In greco quoque
ΑΠΟ ΤΟΥ caipha. ablatiuo casu.
Petrus autem sequebatur a longe.
A longe sequebatur. quia erat citone
gaturus. Adhuc tamen non uide
bat tormenta preparari. propterea se
quebatur. Sed in atrium principis. Io
hannes illum introduxit. sicut
ille refert. quia notus erat ponti
fici. Sicut dicunt. quia caiphas
habebat sororem iohannis in ma
trimonio. & anna sororem kaiphe.
Ut uideret finem. uidelicet. quid
iudicarent de eo sacerdotes.
Principes autem sacerdotum.

falsum testimonium

et omne concilium. querebant fal
sum testimonium contra ihm. ut
eum morti traderent. Sciebant
quod romani non illum occide
rent. nisi certam causam dicerent.
Et non inuenerunt. cum multi falsi
testes accessissent. Dicunt alia eu
angelia. quod ei imputauerunt quod
commouerit populum. & se qui se fe
cerit per suam predicationem. et prohi
buerit tributa dare cesari. & dix
erit se xpm regem esse. que omnia
falsa erant. Nouissime uenerunt
duo falsi testes. Quia dns prece
perat ut ad unius testimonium nul
lus condemnaretur. propterea duos
ordinabant ipsi principes.

Nouissime uenerunt duo falsi testes

Hic dixit. Possum destruere templum
dei. et post triduum reedificare illud.
Nec uerba nec sensum ita dixit dns.
Vos soluite templum [illegible]. hoc est.
templum habitationis anime meae.
& ego resuscitabo. Soluite. id est.
dissoluite. & resuscitabo. Plus pertinet
ad corpus. quam destruere et reedifi
care. que ad petrinam domum pertinent.
Hic apparet. quod omnis homo qui

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod724/0325